



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Imitatione Christi**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiae, 1607**

De abnegatione sui, & abdicatione omnis cupiditatis. 32

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

*De abnegatione sui, & abdicatione omnis cupiditatis.*

**Dñs.** **1** **F**lli, † non potes perfectā possidere  
*Mat. 16* libertatem, nisi totaliter abneges  
*et 19.* temetipsum. Compediti sunt omnes  
 proprietarij, & sui ipsius amatores, cu-  
 pidi, curiosi, gyrouagi, quærentes sem-  
 per mollia, non quæ Iesu Christi, sed  
 hoc sapè fingentes & componentes,  
 quod non stabit. Peribit enim totum,  
 quod non est ex Deo ortum. Tene bre-  
 ue & consummatum verbum: Dimitte  
 omnia, & inuenies omnia. Relinque  
 cupidinem, & reperies requiem. Hoc  
 mente pertracta: & quam impleueris,  
 intelliges omnia.

**Seruus.** **2** \* Domine, hoc non est opus vnus  
 diei, nec ludus paruulorum: imò in  
 hoc breui, includitur omnis perfectio  
**Domi-** religiosorum. † Fili, non debes auerti,  
**nus.** nec statim deiici, audita via perfectio-  
 rum; sed magis ad sublimiora prouo-  
 cari, & ad minus ad hæc ex desiderio  
 suspirare. Vtinam sic tecum esset, &  
 ad hoc peruenisses, vt tui ipsius amator  
 non esses, sed ad nutum meum pure  
 stares,

stares, & eius quem tibi præposui patris: tunc mihi valdè placeres, & tota vita tua in gaudio & pace transiret. Adhuc multa habes ad relinquendum: quæ nisi mihi ex integro resignaueris, non acquires, quòd postulas. Suadeo tibi *Apo. 3.* emere à me aurum ignitum, vt locuples fias, id est, cælestem sapientiam, omnia infima conculcantem. Postpone terrenam sapientiam, omnem humanam & propriam complacentiam.

3 Dixi, viliora tibi emenda pro pretiosis & altis, in rebus humanis. Nam valdè vilis & parua, ac penè obliuioni tradita videtur, vera cælestis sapientia: non sapiens alta de se, nec magnificari quærens in terra, quam multi ore tenus prædicant, sed vita longè dissentiunt: ipsa tamen est pretiosa margarita, à *Mat. 13* multis abscondita.

## CAP. XXXIII.

*De instabilitate cordis, & de inuentione finali, ad Deum habenda.*

**F**ili, † noli credere affectui tuo: qui Dominus nunc est, citò mutabitur in aliud. *Iob. 14.*  
 Quamdiu vixeris, mutabilitati subiectus es, etiam nolens: vt modò latus,  
 I 2 modò